

tus naturâ, & potens est ignis operatio: angelis autem. “  
 DEUS ministris utens & dignis benefacit & adversarios “  
 punit; quapropter & ignis meminit, aptam ad punien- “  
 dum energiam significans. “ Idem Episcopus ad v. 30.  
*Psalmi* ( quod antea notasse oportuit ) hæc subjecit, “ Re-  
 surrectionem nobis hîc & vitæ restitutionem per Spiri- “  
 tum S. perspicuè prædixit: “ quæ & Apostoli clara est  
 consequentia *Rom. 11 X, 11.* & confessio publica *B. Lutberi* in  
 explicatione Catechetica Germanicâ articuli tertij Sym-  
 boli Apostolici.

Post hos illi jam sequuntur loci, in quibus πνεῦμα,  
*Spiritus*, ὅτε si accipiuntur pro *animâ humanâ*, ejusque actû  
 (ἐνταλέχεια) *animante movente seu vegetante, sentiente & ratio-*  
*cinante* simul sive complexim. Notes autem velim, me  
 ad solos fontes respicere, ubi est vox πνεῦμα, ne me incogi-  
 tantia aut παραρημα]θ incules proter versum totius *Pfal-*  
*terij* extremum, *Omnia spiritus laudet Dominum*, namque in  
 Fonte non est vox illa sæpius memorata. Itaque *Psalmi*  
*XXI, 6: In manum tuam commendo spiritum meum*, intelli-  
 gitur ipsa hominis *anima* ex corporeis vinculis exsolven-  
 da, quam David curæ & custodiæ divinæ committit. Et  
 hoc usurpat iisdem verbis CHRISTUS in cruce exspirans,  
 præmittitq; invocationem Patris sui cœlestis, testante *Lucâ*  
*cap. XXIII, 46.* Πάτερ, εἰς χεῖράς σου παρέδομαι τὸ πνεῦμά μου  
 (ubi nota complexionem accentuum, *Man* nempe arctif-  
 simè connectuntur cum *DEO Patre* & *Spiritus* cum *JESU*  
*exspirante*) & statim subjungit *Lucas*, ἐξέπνευσε, *Matthæ-*  
*us* ἀφῆκε τὸ πνεῦμα, *cap. XXV, 50.* *Marcus* similiter cum  
*Lucâ*, ἐξέπνευσε, *cap. XV, 38.* *Johannes* autem παρέδωκε τὸ  
 πνεῦμα *cap. XIX, 30.* *B. Hieronymus* in *Habacuc cap. 11. in fin.*  
 expressè *Spiritum* exponit per *animam*. Eodem sensu pro-

): ( 3

tomar-